Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31245
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

anima iusti. Inde dicit auctoritas: Super quem requiescet spiritus meus nisi super humilem et mansuetum et trementem sermones meos. Et rursum Anima iusti sedes dei. Et rursum Veni electa mea et ponam in te thronum meum. Et alibi domus dei. s. scilicet ecclesia. De qua dicit auctoritas: Sapientia edificavit sibi domum excidit columpnas vii. et c. Sapientia est filius dei. In sacra scriptura sapientia attribuitur filio. propter patris voluntas siue humilitas spiritus sancti. Sapientia ergo. i. filius dei edificavit sibi domum. i. sanctam ecclesiam. et ad sustentationem istius domus vii. columpnas excidit. hoc est. vii. sacramenta instituit. Per vii enim sacramenta qui per vii. columpnas regitur et sustentatur tota ecclesia. Primum est sacramentum baptismi secundum confirmationis. tertium sacramentum eucharistie. quartum penitentie. quintum matrimonii. sextum sacramentum ordinis. septimum sacramentum extreme unctionis. Hec sunt vii. candelabra aurea. Hec sunt vii. mulieres. unum virum apprehendentes. Hec sunt vii. sperantes ante thronum dei. Tertia est domus dei. templum. s. manufactum. quelibet ecclesia dicitur instituta. Inde christus dicit. Domus mea domus orationis vocabitur. Et hec est domus dei in qua invocatur nomen eius. Tale domum salomon primum dicitur instituisse in urbem cum magno sumptu. Quod cum esset perfectum. invocatis sacerdotibus. et optimatibus. tunc fecit festum octo diebus. et consecrauit templum

cum ymnis. canticis. et exercitiis. et obsecrationibus. multis. Deinde decorauit uterius argento et auro. et lapidibus preciosis et pinculis variis. Deinde instituit ministros. qui seruirent in templo. singuli in officiis suis. Hec autem totum factum est ad similitudinem et figuram corporis mei. quod est templum domini iuxta illud. Templum domini sanctum est quod estis vos. Salomon enim. i. xpe mirabiliter instituit templum. i. corpus meum in uno. infundens animam. quam creauit ex nichilo. Deinde dedicauit et consecrauit hoc templum in baptismo cum mare. multis benedictionibus. et exercitiis. cum obsecrationibus. Deinde ornandum est anobis interius coloribus preciosis. hoc est uirtutibus diuersis et operibus. mine. ut simus apti ad seruiendum domino uniuersi. Vt autem hoc digne et meritorie anobis fieri possit. clamemus ingenti cum prophetis dicentes. Redde mihi letitiam salutaris tui. Iste incipit. salutaris. Est gaudium sensus. Redde mihi letitiam salutaris. i. Iesu. s. quia est ista letitia. Sic letari. hoc est dominum templari. Est idem. ac si dicat. Consecrate mihi in templationem iesu. ut valeam eum templari. Qualis est fides et dilectione talis est uenitur indiuiduitis. filius eius est uenitur ad uiduitatem iuxta illud. Pater non iudicat quemquam. s. omnem iudicium filio. filius et uenitur est ad iudicium in forma humana. ostendens uulnera sua. Venitur est cum terrore magno. et ignis ante ipsum